

## Psalmus responsorius

Ps 77, 3 & 4bc. 23-24. 25 & 54 (R̄: 24b)

R̄. Panem cæli dedit eis Dóminus.

<sup>3</sup> Quanta audívimus et cognóvimus ea,  
et patres nostri narravérunt nobis,  
<sup>4</sup> generatióni álteri narrántes  
laudes Dómini et virtútes eius. R̄.

<sup>23</sup> Verúmtamen mandávit núbibus désuper  
et iánuas cæli apéruit;  
<sup>24</sup> et pluit illis manna ad manducándum  
et panem cæli dedit eis. R̄.

<sup>25</sup> Panem angelórum manducávit homo;  
cibária misit eis ad abundántiam.  
<sup>54</sup> Et indúxit eos in fines sanctificatiónis suæ,  
in montem, quem acquisívit déxtera eius. R̄.